Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammata antiquae urbis

Mazzocchi, Jacopo

Romae, 1521

[Vorwort]

urn:nbn:de:bsz:31-92072

Visual Library

1942 La 20

42 B 245 R

IACOBVS. MAZOCHIVS MARIO. VOLATERRANO EPISCOPO. AQVINATI

ANtiqua Vrbis Romæ monimenta/ tot tantiſq; in hanc uſq; diē
ruinis abolita/ cum eruere inq; lucem aliquam aſſerere/ pro ui
rili laboraſſem: quantum laboris exhauſerim/ quantum tem
poris impenderim/ hi ꝓfecto ſentient uidebuntq;/ qui uel unū
illud ſibi oculis aioq; præpoſuerint/ Perdifficilem eſſe atq; ardu
am prouinciam/ quam aggredi/ ne dum perficere/ nemo hacte
nus ſit auſus. Quod ipſum ſane munus ſi qui forte minus obi
uiſſe atq; aſſequutos eſſe nos/ inſimulauerint: culpam haud de
precabimur. dum uiam ſaltem diligentioribus pateſeciſſe primum/ boni cōſulant
Ne ingrati ſaltem uideantur huic oneri/ non noſtris ſolum/ ſed herculeis quoq; hu
meris impari/ & cui deniq; ſuccubuiſſem/ ni mihi tum antiquitatis amor uires ani
mumq; ſuggeſſiſſet/ tum uel maxime tui contemplatio. cuius unius auſpiciis eden
dus liber erat. Vellem.n. eos/ quorum nomine monimenta publicantur/ quibuſq;
publici compendii uolumina nūcupantur/ æque claros/ æque dignos eſſe/ atq; ipſe
omnium iudicio ꝓhiberis. Enimuero quotuſquiſq; hodie non uel fortuna uel mu
nuſculis cōſequitur/ ut præfatiuncula nimis libera librariorum edendis operibus
indita/ præſtantiſſimus plerunq;/ ac eorum notæ cenſeatur/ qui ſe ultra uulgi emen
dationem protulerint? Tu uero (ut Fortunæ in te blandimenta ſileantur) quo ſtu
dio peritioribus ſemper faueris/ diſciplinas excolueris/ religionem ſacris operatus
extuleris/ neminem omnino præterit. Vetuſtates autem quanti ſemp feceris/ ædes
ipſæ tuæ teſtantur/ his iprimis conſpicuæ. ut in conquirendis undiq; tum ſta/
tuis tum epigrammatis/ nullis unquam ſumptibus peperceris: nouoſq; penates nō
tam in tuorum q̄ in antiquorum imaginibus ſpectari decreueris. Vt iure ſuo atq;
optimo ſtudioſa cohors in noua/ quæ paratur/ Academia te uigilem/ parētem/ prin
cipemq; deſtinarit. Neq; porro quiſpiam omnia ſe ſuſcepturum uno eodemq; ope
re collecta/ ueluti ſub unam Myconum/ expectet: aut operam induſtriamq; in id
noſtram ſcrupuloſius requirat. Innumera ſiquidem tum effodiuntur indies/ ut na
ſci fere telluris ſponte uideantur: tum multis ante annis periere/ uel in calcem reda
cta (proh dolor) uel in ædificiorum fundamentis ſubruta/ uel equorum contundē
da pedibus ſubdita. Ac interierunt illa utiq; non hominum magis neglectu (qui &
ipſe fuit ingens) q̄ uel Ro. Imperii fato/ uel ſuo. Quandoquidem non animan/
tibus minus q̄ & ſaxis & nominibus iteritum diemq; nouiſſimum ſtare uidemus.
Simplicia deniq;/ & quæ nullius pene argumenti uidebantur/ inſeruimus. In his.n.
uel breuitas/ uel puritas/ uel error etiam/ quod monerent/ habebant. Quæ medius
fidius ut q̄ cautiſſime legantur/ & ſi cōmonendus ipſe mihi peritiſſimus non es/ dū
tamen tecum loquor/ aurem lecturo non indocili uellendam duximus. Ad quem
paululum a te conuerſus uelut e ſublimi aggere inclamem/ Sunt hic/ quæ uix mul
to quoq; ſtudio idipiſcaris. ſunt quæ admireris. ſunt quæ ſigillatim aſpernere. Sed
ſunt ſimul omnia/ in quibus totam fere uetuſtatem docearis. quidq; maxime ſequē
dum atq; imitandum/ & quid contra fugiendum ac uitandum uideatur/ intelligas.
Atq; ita ſequens tum fructus tum uoluptas omne ꝓcium laboris abſoluāt. Vale.

Z 1

VT Commodius abſoluti tandem operis lectione ſtudioſi fruerentur / Valerium
Probum præpoſuimus. Quem infinitis antea locis corruptum/mancum/atq; inuer
ſum / MARIANGELVS ACCVRSIVS uetuſtatis obſeruantiſſimus iuuenis/
nobis imprimendum exhibuit / ex uetuſtioribus codicibus ſumma diligentia perco
gnitum inſtauratumq;.ut ne una quidem in eo iam notula (quantum bonorum et
conſilio preſtari potuit) uel ſubſultet uel deſideretur.

Valerii Probi grammatici de notis antiquarum litterarum.

EST & circa perſcribendas/uel paucioribus litteris notandas uoces ſtudium ne
ceſſarium. Quod partim pro uoluntate cuiuſq; fit/partim uſu publico & obſer
uatione communi. Nanq; apud ueteres cum uſus notarum nullus eſſet / ſcri
bendi facultatem/maxime in ſenatu qui aderant ſcribendo/ut celeriter comprehende
rent/quædam uerba atq; nomina ex cõmuni/cõſenſu primis litteris notabant. Et ſingu
læ literæ quid ſignificarent in promptu erat. Quod nominibus/prænominibus/legi
bus publicis/Pontificũq; monumẽtis/iuriſq; ciuilis libris etiá nunc manet. Ad quas no
tationes publicas acceſſit & ſtudioſorum uoluntas:ut unuſquiſq; familiares ſibi notas
pro uoluntate ſignaret. Quas compræhendere/infinitum eſt. Publicæ ſane tenendæ
ſunt.quæ in monumentis plurimis/& hiſtoriarum libris/ſacriſq; publicis repeniuntur.
Vt. P. Publius. C.Caius. M.Marcus. CN.Cneus. Q.Quintus. MAR.Marcius.
TI. Tiberius. CL. Claudius. T. Titus. SP.Spurius. SEX.Sextus. SER.Seruius.
OP.Opiter. A.V.C. Ab Vrbe condita. P.R.E. Poſt reges exactos P.C. Patres con
ſcripti. S.P.Q.R. Senatus populuſq; Romanus. EQ.R. Eques romanus. V.R.
Vrbs romana. C.R. Ciuis romanus. COL. Colonia:Coloni. MVN. Municipia:
Municeps. N.L. Nominis latini. L.C. Latini coloni. S.N.L. Socii nominis latini.
Et ſimilia. Secundum hæc:curiarum nomina/tribuum/comitiorum/ſacerdotiorum/
poteſtatum/magiſtratuum/præfecturarum/ſacrorum ludorum/rerum urbanarum/re
rum militarium/collegiorum / decuriarum/faſtorum/numerorum/menſurarum/iu
ris ciuilis:& ſimilium cæterorum/notationes proprias habent.

Litteræ ſingulares in Iure Ciuili.
In Legibus & plebiſcitis.

P.I.R.P.Q.I.S.I.F.P.R.E.A.D.P. Populũ iure rogauit:populuſq;
iure ſciuit / in foro pro roſtris/& ante diem pridie. E.H.O.L.N.R. Eius hac
omnibus lege nihilum rogatur. S.R.L.E.I.C.Q.O.R.E. Si rem lex ex
iuſſu cauſſaq; omnium rerum eſto. S.N.L. Socii nominis latini. L.P.C.R.
Latini priſci ciues romani. M.E.M.D.D.E. Municipibus eius municipii da
re damnás eſto. C.E.C. Colonis eius coloniæ. Q.E.R.F.E.D. Quod
eius rei factum eſſe dicetur. L.I.D.A.C. Lex iulia de adulteriis coercendis.
V.D.P.R.L.P. Vnde de plano recte legi poſſit. A.A.A.F.F. Aere/argen
to/auro/flando/ferundo. I.N.Q.Q. Iuſtis nuptiis quæſita quæſitus. uel ſic:Iu
ſtus nuntius quæſitos quæſitus. S.Q.S.S.E.Q.I.N.S.R.E.H.L.N.R.
Si quid ſacri ſancti eſt quod iure non ſit rogatum/eius/hac lege nihil rogatur. V.P.R.
Veteri poſſeſſori redditum. V.A. Veterano aſſignatum. V.F. Vſus fructus.
S.C.P.S. Senatus conſultum plebiſcitum. Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.
I.C. Quod de ea re fieri placeret de ea re uniuerſi ita cenſuerunt. D.C.S. De
conſulis ſententia. Q.F.E.I.S.F. Quod factum eſt in ſenatu fuerit. S.Q.
M.D.E.R.A.P.R.V.L.O.E.CONS.PR.TR.PL.Q.N.S.Q.E.

V. A. P. P. V. F. Si quid me de ea re ad populum plebem ue lati opus eſt/Conſales/prætores/tribuni plebis/qui nunc ſunt/quod eis uidebitur ad populum plebem ue ferant. S. F. S. Sine fraude ſua.

In Actionibus.

A. T. M. D. O. Aio te mihi dare oportere. Q. N. T. S. Q. P. Quando negas/te ſacramento quinquagenario prouoco. Q. A. NQ. N. Quando ais/ neq; negas. E. I. M. C. V. Ex iure manu conſertum uocari. S. N. S. Q. Si negas ſacramento quærito. S. S. C. S. D. E. T. V. Secundum ſuam cauſſam/ſicuti dixi ecce tibi uindicta. Q. I. I. T. C. P. A. F. A. Quando in iure te conſpicio/poſtulo an ſias author. T. I. A. V. P. V. D. Tempore iudicem / arbitrum ue poſtulat ut des. I. D. T. S. P. In diem tertium/ſiue perendinum. A. L. AE. Arbitrum litis æſtimandum. Q. B. F. Quare bonum factum:

In edictis perpetuis.

I. D. P. Iuri dicundo præerit. I. D. C. Iuris dicundi cauſſa. Q. R. F. E. V. Quod recte factum eſſe uidebitur. V. B. A. Viri boni arbitratu. D. M. F. V. C. Dolo malo/fraudiſue cauſſa. I. D. Iudicium dabo/uel iuris dictio. Q. E. R. E. T. P. I. R. D. TQ. P. DT. D. D. P. F. Quanti ea res erit / tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo,teſtibuſq; publice duntaxat decem denunciandi poteſtatem faciam. Q. S. S. S. Quæ ſupra ſcripta ſunt. I. C. E. V. Iuſta cauſſa eſſe uidebitur. N. K. C. Non calumniæ cauſſa. C. C. Conſilium cepit,uel cauſſa cognita, uel cauſſa cõmiſſa. F. C. Fraudare creditores,uel fiduciæ cauſſa, uel fidei commiſſum. P. C. Patres conſcripti,uel pactum conuentum,uel pecunia conſtituta. C. V. Centum Viri,uel Clariſſimi uiri. S. T. A. Sine tutoris authoritate. T. A. Tutore authore. F. E. D. Factum eſſe dicetur. H. S. Hæc ſic,uel hic ſitus,uel hora ſecunda. Q. A. M. Quem ad modum. Q. M. Quo modo,uel quo magis. P. P. L. I. Pro prædictæ litis iudicus. I. S. Iudicatum ſolui. C. E. D. Conuictum eſſe dicetur. P. DEL. V. Pro delictis uindiciarium. M. F. P. Malæ fidei poſſeſſor:

A

A.	Aulus.
AVG,	Auguſtus,uel Augur.
AA.	Auguſti.
AA,	Auguſtalis.
AVR.	Aurelius.
AG,	Agit.
AC.	Actio.
ACM,	Actionem.
AM.	Amicus.
AM, N.	Amicus noſter.
AVT.	Authoritas.
A,	Aut.
AT.	Autem
AN, M.	Actionem mandat
AP.	Apud
APP.	Appellat.
ACC.	Accepiat
ADI.	Adiutor
ADI. P.	Adiutor puinciæ,uel patriæ,uel populi.